

IOANNIS POS-  
SELII VIRI CLA-  
RISSIMI,

*Dere literaria optime meriti.*

Apophthegmata Græcolatina.

*Locus I. de AMICITIA.*



ερδόλεσ τηφι, κτη-  
μάτων πάντων  
πινασέλεν εῖναι,  
αὐθρα φίλον συ-  
νεζύγει καὶ εὖνοον.

X Herodotus dixit, pretio-  
sissimum thesaurum esse, &  
omnibus opibus antecelle-  
re, amicum prudentem &  
beneuolum.

Περιανδρῷ εἶπεν, ἀρειγον  
εῖναι, φίλοι ἔχειν πολλὰ ἀξιον,  
καὶ πολλὰς μηδενὸς αἰξιεις.

Periander dicebat, meli-  
us esse, habere amicum vnu  
multi pretii, quam multos  
habere nullius pretii.

Πλάτων Ελίκων διδύσασθε  
Διονύσιον ἐπισόλην, ἐπήνεσεν  
αὐτὸν ὡς ἐπικῆ καὶ μέτειον, εἴτε  
πεφεύγειει τῇ ἐπισόλῃ τελού-  
ποιη ἥσθια δὲ Κοιτῶντα πε-  
ει αὐθρώπις, ζάσ φύσις μετέ  
σόλον.

Cum Plato Heliconem  
quendam Dionysio datis  
literis commendasset, scri-  
bens illum virum probum  
ac modestum esse, adscripsit  
in fine epistolæ: Hæc tibi  
scribo de homine, videlicet  
animante natura mutabili.

Μοσχίων ἐπειρετε, Σέληνοι εῖναι  
πολλὰ κείμενα διπλεστάντες, εὔρεται  
φίλον κτίσσεια, καὶ εῖναι φίλον  
διπλεστάντες, πολλὰ κείμενα  
κτίσσεια.

X Moschion dicebat, Satius  
esse multis pecuniis amissis,  
vnum amicum comparare,  
quam amico uno amissio,  
multas adipisci pecunias.

Λιβανίῳ Θεῖπε, συγχειτειν  
κείνους τοῖς φίλοις κολαστικοῖς.  
τεστιν, ὡς καὶ σιναλγεῖν τοῖς  
λύπτικοῖς.

Libanius dixit, cum ami-  
cis felicibus & fortunatis

A

A M I C I T I A.

<sup>2</sup> gaudendum esse, & tristantibus condolendum.

*Σόλων εὐεργέτης απαύγον εισήγαγε τὸν πόδα τῆς τὸν φίλον, ἵνα μὴ ἡμῶν ἀληθεῖς, μητοῖς ἡμάς.*

X Solon monebat raro ad amicum ingrediendum esse, ne nostri satur incipiat odisse nos.

*Περικλῆς τοὺς φίλους οὐδὲ μετεγένεται φύει διαβούρον; οὐδεποτὲ καρένει, ἐφοιτεῖ, κατεργάζεται μετὰ φίλων εἰναι. ηγεμόνες δικαιοντο ρῦμα εἶναι, κατέκειτο τοῖς φίλοις, αἵδ' αὖδος θητεύειν τὸ διατοῖς.*

Perticles amico roganti, ut pro se fallum diceret testimonium, cui erat adiunctū iusurandum, respondit, Se quidem amicum esse, sed usque ad aram. Sentiens gratificandum quidem esse amicis, sed citra violationem religionis.

*Φωκίαν αἰτεῖνθες Αντιπάτερος ποιῆσε πῦ μὴ διηγέναι αὐτὸν, ἐδιηγεῖνεν. Αντιπάτερος καὶ φίλος Φωκίου ξενίαδης, καὶ καλαι.*

Phocion cum Antipater ipsum rogaret, ut in gratiam suam aliquid iniuste ageret, Non potes, inquit, o Antipater, Phocione & amico & adulatote vti.

Φίλων ἐφοιτεῖ, φίλον ηγεμόνες τὸ διατοῖς καὶ αὐτοφιλεῖν εἴτε λογτα, καὶ μὴ δινηταί.

Philo dixit, Amicū existimandū esse eum, qui opere ferre, & gratiam rependere cupit, etiamsi non possit.

*Αριστοτέλης ἐφοιτεῖ διότι εἴπει ποιεῖν φίλους θεού εἰναι!*

Aristoteles dicebat honestius esse amicis benefacere, quam alienis.

*Πλούταχος ἔλεγε, απαύγον καὶ δυσδύρτον εἶναι φίλους οὐδεὶς.*

Plutarchus dixit, Rarum & inuentu difficilem esse, amicum constantem.

*Ἐπι μὲν τὰ δεῖπνα τῶν φίλων ξεσαδεῖν, ἐπὶ δὲ τὰς ἀποχαίας ποτέρως πορεύεται, ἐφη Χίλων ὁ σοφός.*

X Ad amicorum conuiua tarde, ad calamitates vero eorum celeriter accedendum esse, Chilo ille sapiens dixit.

*Ζήνων ἐρεῖνθετος ἐστὶ φίλος, "Ἄλλος ἐχώ, ἐφοιτεῖ."*

X Zeno interrogatus, quis esset amic⁹, Alter, inquit, ego.

*Μήτε ἄφιλος εἰσι, μήτε πολύφιλος, ἀλλὰ φιλόφιλος· μήτε ἀξένος, μήτε πολυένος, ἀλλὰ φιλόένος· ἔλεγεν Αριστοτέλης.*

Non viuas sine amicis, nec omniū amicitiis te implices,

# A M I C I T I A.

3

ces, sed sis in amicitia tuēda  
constans: Neq; sis inhospita-  
lis, nec omnium hospes,  
sed hospites benigne soue-  
as: dixit Aristoteles.

Οἱ μὲν φιλοὶ, ὡς Ισοκράτης  
εἶπε, τὰς φίλας παρεγένεται μόνον  
πιμωσιν, οἱ δὲ φίλοι δὲ τῷ με-  
χερὸν δέσποτε αὐτοποιοῦσι.

Mali, vt Isocrates dixit,  
amicos presentes solum co-  
luit: boni vero illos etiam, q  
longe absunt, diligunt.

Μηδένα φίλον ποτε ἐφη Ισο-  
κράτης ποτε αὐτὸν εἰπεῖν τις, μόνον  
τοὺς αφετέρους φίλους.  
Επιπλέον αὐτὸν τῷ πολεμού-  
τοις τον, οἷον ἐπεὶ οὐκέτι γέ-  
γονε.

Nullum tibi amicum ad-  
iungas (dixit Isocrates) pri-  
usquam exploraueris, quo-  
modo prioribus amicis sit  
vsus, Sperabis n.in te quoq;  
eum fore talem, qualē erga  
illos se præbuit.

Οἱ αὐτοὶ εἶπε περέπλου τῆς ποῆ-  
σεως ἀπειρῶν καὶ σταθεῖσιν, οὐτως ἐξ φί-  
λων δὲ πατέρων καὶ πρεσβύτερων.

Idem dixit: Decere libe-  
ros, hæredes esse, non modo  
facultatum, sed etiam ami-  
citarum paternarum.

Οἱ αὐτοὶ εἶπε Πλίνες γράψα-  
τες ταῦτα, οὐδὲν λεγούσι, η ποιησ,  
επεινέτος αὐτοῦ τῆς οἰκου-  
τερομηνούς ιππιμάντες.

Idem dicebat: Fideles a-  
micos existima, non eos, qui  
omnia dicta & facta tua  
laudant: sed qui etiam er-  
rata & delicta tua reprehen-  
dunt.

Βελούμην φίλον αὐτοῦ μᾶλ-  
λον, ή Δαρείον χρυσὸν κήπουαδ,  
έλεγε Πλάτων.

Malim amicum bonum,  
quam Darii Persarum regis  
aurū possidere dixit Plato.

Φίλος πιστός, σοῦ ἐστιν αὐτῷ  
λαζαρίζεται ὅντας γέλευ, Εἰ δέ ποιησε  
αὐτόν, δέρε γνωσθεγ, ἐφη Να-  
ζιανένος.

Nihil est quod cum fideli  
amico permutari possit: Et  
qui tales inuenit, is the-  
saurem inuenit: dixit Naz-  
ianzenus.

Ανθεκτὸς ἐρωτήσω τούς δύο  
πόνοις αὐτοῦ θεολόγοις δέοντος τοῖς  
αὐτρώποις. εἰ γάρ ταῦτα μὴν, ἐφη, αὐ-  
τοῖς διαλέγοσθε, ἀφελείμωνας οὐδὲ  
προσφέροσθε, σηκωμένοις τοῖς κακο-  
ῖσι φίλοις γένεται δεῖν φιλο-  
ασουγοσκά, οὐ δέ τῷ διεργα-  
τῆσιν ἀφελεῖσθαι.

Antalcidas cū interroga-  
retur quo pacto quis amicos  
sibi facere posset: Si, inquit, lo-  
quatur illis iucundissima, pre-  
stet autē utilissima. Innuens  
in paradiis amicis adhiben-  
dam esse primo sermonis  
comitatem, in officiis autē  
præstandis utilitatem.

A 2

## AMICITIA.

4

**Δοκίμασε τὰς φίλικας** [έφη  
Ισοκράτης] **ἐν τῷ αὐτῷ τὸν δίον**  
**ἀποχήσις, οὐ τοῖς κινδυνοῖς**  
**κοινωνίας, τοῦτον γὰρ χειρότονον**  
**πειθεὶς δοκίμασε σύμβολον,** **λαζαρί** **φίλικας**, **καὶ τοῖς**

**οὐ πάντας τοὺς εὔχρηστους μετέβοης,**  
**φίλικας μὲν Φίλιππος πατέρικος**

**γείμιστος φίλος οὐ φίλος πατέρος**

**τοῦ δὲ τοῦ Φίλιππου, πόθεν ἡ**

**αὐτρωπεῖ λαζαρί φίλος καὶ πᾶς,**

**έγρις, έφη, θεούσιον τούτον μη**

**αποστελλεῖν. οὐσιών τούτους η**

**μητρέους, έφη, καταπέμψανταν κλα-**

**μηδὲ ποίησαν, αἰχμαλωτεῖς γ**

**οὗτοι καθῆρεμοι. οὐ οὐ φίλοι οὐ λα-**

**ζανεν, σύνομοισιν αὐτῷ ο σοφά-**

**ποτεσικάτους μετέβοης τοῦ φίλικος**

**εἴραν, οινος ήματος εὖ τε οὐ φίλος**

**νοῦ τελέσθω.**

X Amicos probabis (dixit  
Isocrates) ex calamitate in  
vita, & communicatione  
periculorum. **Aurum enim**  
**igne probamus, amicos ve-**  
**ro in aduersa fortuna co-**  
**gnoscimus.**

X Plautus probat, τὴν ἀλλήλην  
φίλιαν τείσις πολεμούσαν μετέ-

σε, τὴν δρεπάνην αἱ καλὸν, καὶ τὴν

ουσιάθραν αἱ ἥψη, καὶ τὴν χρείαν

αἱ αὐγήσιοι.

Plutarchus dixit, ad verā  
amicitiam tria potissimum  
requiri, videlicet virtutem  
ut pulcrum, consuetudinem  
ut iucundum, & vsum  
ut necessarium.

O autōς έφη πάνταν ήδη σου  
εἴναι τὴν φίλιαν, καὶ εὐδὲν ἄλλο  
μετάλλον δύραμεν.

Idem dicebat, Omnia  
lætissimam rem esse amici-  
tiam, & nihil esse, quod nos  
magis exhilarare possit.

Φίλιππος οὐ τοῦ Μακεδο-  
νῶν εὐστήσεις, ληφθεῖσαν πολεμού-  
αὐχησανταν, ἐπιπελασκέν αὐ-  
τὸς, ενεστηράθη τοῦ ποτῶν  
καθῆρεμοι σοκὸν δυπέπονος. εἰς

Philippus Macedonum  
rex, cum multi bello capti  
venderentur, in auctione  
sedens, parum decorē vesti-  
tus erat. Quidam igitur eo-  
rum qui vendebantur, exclamauit: Parce mihi Phi-  
lippe, paternus enim tibi  
sum amicus. Philippo vero  
interrogante, quo pacto &  
vnde o homo conflata est  
haec amicitia? Tum ille,  
Volo, inquit, proprius acce-  
dens tibi hoc indicare: qui  
cum admissus esset, quasi  
arcani quippiam dicturus:  
Demitte, inquit, chlamydē  
aliquantulū: nam ad istum  
modum indecenter sedes.  
Mox Philippus, Hunc, in-  
quit, dimitite liberum:  
nesciebā enim prius illum  
mihi vere beneuolum ami-  
cum

cum esse. Sensit vir prudensissimus, eos præcipue amicos esse, qui probe & recte nos admonent.

rio fidus amicus, & vir bonus. Significauit autem, Regi nihil prius aut carius esse debere probis & fidis amicis.

**Διηγέρεται φίλοι Δεκαλίδων**  
καὶ τοῖς οἰκείοις βούλευται, ἀλλὰ  
θεὸν ἐπορχεῖται.

Lycurgus dixit: Eatenus amicis & familiaribus auxiliandum est, quatenus per iurium non admittitur.

**Δημήτριος τὸς φίλου,**  
φιλού, ἐπὶ μὲν τῷ στάθμῳ πε-  
γμένῳ εὐθέους ἵππειν, ἐπὶ δὲ  
τοῖς συρφοῦσι, αὐτομάτῃ.

Demetrius dicebat, amicos in rebus secundis adesse debere vocatos, in aduersis vero sua sponte & non vocatos. Congruit hoc Apophthegma cū illo Democriti: τὸν αὐθαίρετον φίλον, αὐτὸς μὲν τοῖς σφρεγούσις κληρίνει τὸν παρεῖνας, αὐτὸς δὲ τοῖς αἴσιοις, αὐτοκλητον δὲ συμπαρεῖνας: Probum amicum, gaudiis quidem vocatum adesse decet: aduersis autem casibus sua sponte.

**Δαρεῖος ὁ Ξέρξης πατὴρ**  
αὐτοῦ μεγάλην ανίσας, πυθομένος  
πυός, οὐ αὖτις θελούσις θετον,  
ούσιν ἐστὶ τοῖς ικέκων τὸ τολμέος,  
εἶπε, Ζωπίγετ. Στῶ μὲν τὸν  
αὐτὸν ἀγαθός, ποτὶ τὸν Δαρεῖο  
πισσὸς φίλος. ἐπίμην δὲ τὸν  
αεσούκειν εἶνας Βασιλεὺς Βελ-  
πον, οὐ δέον γνοίσαντο πισσὸν  
φίλων.

Darius, Xerxes pater cum aperuisset prægrande malum Punicum, & quidam ab eo sciscitaretur, Cuius rei tantum numerum habere optaret, quantum illic inesset granorum? Respondet Zopyrorum. Is erat Da-

**Σχιπίων ὁ νεώτερος ἐπίρρυτο**  
μὲν αετόρευτος ἐξ αἰρετοῦ απελ-  
θεῖν, η ποιησασθεῖν καὶ σωσθεῖν  
καὶ φίλον αἰματομήπος τὸν συ-  
τυγχανόντων. Κομιζὼν εἰδρώ-  
πω οὐδὲν κτῆμα Νιμιώτεργυ  
εἶνας.

Scipio minor dabat operam, ne quando e foro rediret domum, priusquam sibi quocunque modo quempiam eorum, in quos incidisset, amicum reddidisset. Sentiens homini

nullam possessionem esse meliorem.

X **A**rystoteles ἐρωτθεὶς οὐ εἰ φίλος. ἐφη, μία ψυχὴ, δύο σώματα εὑρίσκονται.

**A**rystoteles interrogatus, quid esset amicus, Una, inquit, anima in duobus corporibus.

X **O** αὐτὸς ἐρωτθεὶς, τις ἐπιτίθεται φίλοις; οὐ ταῦτα, ἐφη, αδικεῖσθαι σώματα.

**A**rystoteles interrogatus, quis esset idoneus ad amicitiam? Qui, inquit, plurimas iniurias ferre potest.

X **O** αὐτὸς ἐκφέρεται ἐλεγόν, Ω φίλοις, βδεῖς φίλοις. παρεμφάσιν, παντας πλὴν εἶναι φίλους λόγω, οὐδὲ γε δὲ οὐκοῦνται τῷ ἔργῳ.

**I**dem illud frequenter habebat in ore, O amici, nemo amicus. Sentiens multos esse amicos nomine, paucos autē aut nullos re.

### Locus II.

#### DE AMORE.

X **A**νίογος οὐ τείτος τὴν τῆς Αρτεμίδος πέριται, οὐδὲν οὐδὲν οὐδὲν φαντεῖται, οὐδὲν οὐδὲν εἴδει εἰδεῖν εἰδεῖν Εφέσου, φοβερός οὐ παρὰ γνώμην εὑστικεῖται.

**A**ntiochus tertius, cum vidisset Dianæ sacerdotem supra modum elegantis formam, continuo soluit Epheso, veritatem ne vis amoris aliquid ipsum facere compelleret, quod fas non esset.

Διογένης τὸ ἐρωταζολαζόνταν ἀχολιστιν εἶναι, ἐλεγε. Άλλο τὸ τὸ παῖδος μαλίστα κρατήσει τὸ τὸ δέργωνται.

**D**iogenes dixit, amorem esse otiosorum negotium: quod hic affectus potissimum occupet homines otio deditos.

Θεόφραστος ἐρωτθεὶς ποτὲ οὐδεις, παῖδος, εἴπε, ψυχῆς χαλάζονται.

**T**heophrastus interrogatus quid esset amor, respondit anima otiosae affectus.

Πόλτης Θρακῶν Βασιλεὺς οὐ ποτὲ Τρυπικῶν πολέμων πεισθεῖσαν μάρτυραν αφέσι αὐτὸν ἀμφὶ τῶν πεώσιν καὶ τῶν Αχαιῶν, σκέλους τὸν Αλέξανδρον δέπεδόνται τὴν Ελένην, δύο πατέρας αὖτε λαβεῖν, κηλαῖς γε μάρκας. ἐφεγγυητεν εἰδεῖν οὐ Αλέξανδρος, εἰδεῖν τὸ πεποιηκόν, μιαστὴν δὲ ἐξαρχεντας διπλασίους, ἐργάζεται δύο νέας γνώμης, καὶ τὰ πατερίδας πεποιηκόν.

**P**oltys Thraciae rex, Troiani belli tempore, cū Troiani pariter & Græci legationem

nem ad ipsum mississent, auditis utrisque pronuntiavit, ut Alexander redderet Helenam, & a se pro vna duas formosas abduceret uxores. Sapuisset Paris, si id fecisset. Nam vna fatis fretus, habuisset duas nouas, & patrie consuluisset. ¶ Cōprobat hoc Paridis exemplū dictum Menandri: μένον ἀπαρηγόρητον αὐθρώποις ἔρως, id est, Solus amor inter homines nullo sermone cōsilioue mouetur. Item illud Platonis: τυφλότεροι τοι φίλαμενοι ὁ φίλων. Amans est cæcus circa rem amatam.

Αἴσιος πός ἐλεγε, θέτες ἡμῖν ἔρωτας  
Τεκνά παχύρρυτας, αναιχυώτους  
εἶναι συμβάγειν.

Æsopus dicere solitus est, Eos qui amore capti sunt, inuercundos esse solere.

Κάρτον ἐλεγε, Τὴν δὲ ἔρων τὸν  
Ψυχὴν τὸν ἀποργίαν σώματος ξύν.

Cato dicebat, amantis animam in alieno corpore vinere. Quod hodie quoq; celebratur, Animam illic potius esse, vbi amat, quam vbi animat.

Πλάτωνος ἔπι, Τὸ λίαν  
φίλειν, εἰ μὴ φίλαν αὐτονομούειν.

Plutarchus dixit, nimium amorem, odii caussam esse. Congruit cum Socratis di-

cto: Τὸ φίλειν ἀνηγόρως, τοῦτο  
εἰ τῷ μισεῖν. Intempestive  
amare, simile est odio.

### Locus III.

#### DE ADVLATIO- NE, ASSENTA- tione.

**Δ**ιογένης ἐραληθεῖς τῷ τῇ Φί-  
λον κάκιστα δύκει, ἐφη,  
τῷ μὴ ἀπέλαντον συκοφαντίας, τῷ τῷ  
ημέραν, κόλαζ.

Diogenes interrogat<sup>2</sup> quē bestia mortuum haberet no-  
centissimum, Si de feris, in-  
quit, interrogas, obrecta-  
tor, si de cicurib<sup>9</sup>, adulator.

Ο αὐτὸς τῷ τῷ τῷ τῷ λόγον,  
ἐφη, μελίνην ἀγχόνην εἶναι.  
Εἰδὼ τὸ ανθεῖν αὐτὸν θέτεις αὐθρώ-  
πος Δῆμος τῷ γενολογίας.

Idem orationem blandā,  
non ex animo proficiscen-  
tem, sed ad gratiā composi-  
tam, dicere solebat melleum  
laqueum esse, quod blande  
amplectēs hominē iugulet.

Φωκίων ὁ Αθηναῖος, Δημοσθέ-  
νης εἰ πόντος, διπλήνετο σε Αθη-  
ναῖοι, εὖλοι μεγάστοι, Ναὶ, εἶπεν,  
εἷμεν μὴ μεγενῶστον σε τῷ, αὐτῷ  
φροντιστοντο σημανόν, Δημοσθένης  
πάντα τῷ τῷ τῷ τῷ εἶπεν.

Phocion Atheniensis, De-  
mostheni dicenti, Occidet te  
Phociō Atheniēses, si quādo

insanire cœperint, Respon-  
dit, Me quidem si insanire  
cœperint, Te vero, si ad fa-  
niorem mentem redierint:  
Significans Demosthenem  
omnia ad gratiam loqui.

*Ο αὐτὸς, αξιώντως Αὐλί-  
πατρος πειθαρέος οὐ μὴ διηγεῖσθαι  
αὐτὸν, καὶ δικαιομένον, εἴπεν, Αὐλί-  
πατρος οὐ φίλος φωνήντων γενός,  
καὶ ιδλακτι.*

Idem cum Antipater  
ipsum rogaret, ut in gratiā  
suam, aliquid iniuste ageret,  
Non potes, inquit, o Antipi-  
ater, Φοκιόν & amico &  
assentatore vti.

*Θαλῆς οἱ Μιλήσιος ἐραληθεῖς.  
Οὐ δύσκολον, ἔφη, Θέαντον γνῶ-  
ναι. εἰρετος γὰρ θέαντι κιλαξ  
τυχάσει ἀν.*

Thales Milesius interro-  
gatus, quid esset difficile,  
Seipsum inquit, nosse: Quis-  
que enim sibi adulator est.

*Αὐλίδέντος οὐ φιλόσοφος  
κρεπτον ἐλεγθεὶς, εἰς πόρουκας, οὐ  
εἰς κιλακάς ιρπισθεῖν. οἱ μὲν γὰρ  
νεκροί, οἱ δὲ ζῶντες ἐθίσσεται.*

Antisthenes Philosophus  
dicebat, si ad alterutrum  
adigeret necessitas, Satius  
esse in coruos incidere, quā  
in adulatores. Nam corui  
non comedunt, nisi mortu-  
os, adulatores etiam viuos  
deuorant.

*Δημοσθένης ἐφη, τὸν κιλα-  
κτέριον Διοφερον γενομένης,  
οὐ πό μὴ ζῶντες, οὐ δὲ νεκροίς  
ἐσθίεις.*

Demosthenes adulatore  
in hoc differre dixit a cor-  
uo, quod hic mortuos, ille  
viuos deuorat.

*Πυθαγόρας ἐλεγει, καίρος οὐ  
ἐλέγχεσθαι σε μάθησον, οὐ οὐσίας η-  
λακούσας, οὐ δὲ ἐργάσθαι. κε-  
ρουνας εἰπεπονθούσας κιλα-  
κένοντας.*

Pythagoras dicebat: Gau-  
de potius arguentibus te,  
quam adulantibus: & tan-  
quam deteriores inimicis  
adulatores auersare.

*Πλούταρχος ἐφη, καίρειν  
δεῖν οὐσίας ἐλέγχεσθαι, οὐ οὐσίας η-  
λακούσας, οἱ μὲν ημεῖς λυπάντες  
διεγείρεσθαι· οἱ δὲ κακούρθροι  
επλύνονται οὐκελίσθαι.*

Plutarchus dixit, Gau-  
dendum esse commercio  
reprehendentium, & non  
adulantium: Hi enim gra-  
tificando dissoluunt & euer-  
tunt nos: illi vero molestia  
exhibendo, excitant & eri-  
gunt.

*Ο αὐτὸς ἐλεγει, Μίσθιος η-  
λακούσας, ὥστε τὰς ἐξαπα-  
τῶντες ἀμφότεροι διπλαζέν-  
τες τὰς πισθόντες αδικεῖσθαι.*

Idem dicebat: Odio ha-  
beas

beas, adulantes sicut decipientes. Vtrique enim, si fides eis habeatur, credentes iniuria afficiunt.

Ω̄στε λύκος ὁ μοιχεὺς,  
οὗτος καὶ κόλαξ, καὶ μοχές, καὶ  
παρσίστης ὁ μοιχεὺς φίλων. οὐτε  
σεμένος τιγράνην, μὴ αὐτὸν κακῶν  
φυλάκων, λαθῆς λυμαῖνας εἰσ-  
δέξαρδος λύκος. ἐφεπι-  
κτήτως.

X Quemadmodum lupus animal est cani simile: ita & adulator, & adulter, & parasitus amico similis est. Diligenter igitur attende, ne canum custodum loco, pernitiosos lupos nescius admittas: dixit Epictetus.

Ανθίσινος ἔλεγεν· ὅτερος οὐ-  
ταργός περιγράπαντα εὐχαρίσ-  
της ἐργαστῆς παρεῖναι, μάλιστα  
τῇ φρεγήσεως, οὗτος καὶ τὰς κό-  
λακας, οἰς σωίεστι.

Antisthenes aiebat, vt meretrices bona omnia, præter mentem & prudentiam, suis amatoribus imprecantur: Eodem modo & adulatores, iis quibus cum versantur.

Κράτης τοῦς νέον τολούσοις  
πολλὰς κόλακας ἐπιπρεψάμνους,  
νεκαῖοις, εἶπεν φελῶν ἐρυμίαν  
τὴν σῆν.

Crates ad opulentum a-

dolescentem, quem parasitorum comitabatur turba: Adolescens, dixit, miseret me tuæ solitudinis.

Οἱ δελφῖνες μέχει θεματι-  
δώνος οὐτε λαγητούς τούς κα-  
λυμβάσι, περιστατούσι τὸ ξηργυτόν  
εὔσκελουσιν· οὕτως οἱ κόλακες  
σὺ δὲ παρερμήσοις· οὐτοὶ οἱ  
φίλους εἰς διπομίτας πε-  
πέμποντες, μέχει τὸ λείας συρ-  
παραγγλεύσον· ἐπειδὴν δὲ εἰς  
τραχεῖαν ἐλθώσιν, ἀπίστων.

Delphines donec vnda  
subest, comitantur natates,  
in littus vero nunquam  
egrediuntur: Sic & adulatores in sereno & felici reū  
statu manent. Quemadmo-  
dum & illi, qui amicos ad  
peregrinationem euntess,  
dum via plana est, deduc-  
cunt, cum asperior incipit,  
recedunt.

### Locus IIII.

#### DE ANIMI MODERATIONE, PATIENTIA, MANSUETUDINE.

Τοι Αἴγανον ὄρμοις διάν  
ἐπὶ τὸν ἐξοστρακισμὸν καὶ  
Αριστείδου θεματιδίου, αὐτρω-  
πος ἀγράμματος καὶ ἀχοινῆς  
ὄστραγνέων πατεστήτεν αὐτῷ,  
καλύπτων ἐγεργέας τὸ ὄνομα τοῦ  
Αριστείδου, Γινώσκεις, εἴφη, τὸν  
Αριστείδην; Εἰ δὲ αὐτοί πεντα-

νεοκρήν πατέρων οὐκ οὐκιστός, λαχθάνει  
τὸ τελεῖον δικαιούμενον τοῦ θεοῦ, οὐκ  
ποιῶν τοῦ θεοῦ τὸ οὐρανόν τοῦ  
δικαιοῦ τὸν αἰνίδιον. Οὐτοις οὐ  
γνωμένως ἀνέκειται κατεύνω-  
ναι αὐτούς.

Cu Athenienses eo conci-  
tati essent, vt Aristide ostracis-  
mo in exiliū agerent, ac  
rusticus quidā illiteratus te-  
stulam ad eum deferens ius-  
sisset, vt Aristidis nomen in-  
scriberet, Nostine inquit,  
Aristides, Aristidem? Cum  
ille negasset se nosse, mole-  
ste tamen ferre, quod iustus  
cognomine diceretur, filuit  
Aristides, & nomen suum  
inscripsit testulæ, acredditi-  
dit. Tam leni animo fere-  
bat iniusta, damnationem.

*Hr̄tangos iñ h̄b̄lēs iñ p̄lēs.  
C̄'ēwō iñ k̄t̄t̄m̄n̄ aūt̄ x̄ḡl̄d̄m̄n̄,  
x̄p̄n̄x̄v̄ c̄'ēwōs oūt̄ b̄s̄p̄m̄n̄ b̄m̄e-  
ch̄as āp̄s̄v̄. t̄o p̄l̄p̄ iñ m̄c̄ḡv̄  
q̄t̄v̄t̄s̄ t̄s̄, t̄ d̄ iñ ḡc̄l̄d̄v̄.*

Pittal<sup>o</sup> iniuriam passus a  
quodā, cum illum puniendo  
potestatē haberet, dimisit,  
inquiens: Venia melior est  
vindicta: hæc n. beluini est  
ingenii, illa mansueti.

*Fan̄l̄w̄n̄ t̄p̄l̄ Āḡn̄āl̄n̄ t̄p̄l̄ q̄  
n̄l̄l̄n̄ḡs āp̄t̄φ̄ēp̄l̄m̄n̄, ēḡw̄l̄n̄-  
θ̄t̄s̄ t̄īn̄ l̄t̄p̄l̄ t̄p̄l̄s̄ t̄ p̄l̄n̄, Ēḡw̄  
s̄t̄, t̄p̄l̄, c̄'ēt̄l̄d̄m̄n̄ āt̄ p̄l̄p̄-  
k̄l̄l̄w̄ ūnd̄r̄ Āḡn̄āl̄n̄ m̄n̄s̄t̄p̄-  
k̄l̄n̄. C̄'ēt̄l̄n̄s̄ t̄ p̄l̄f̄d̄s̄ t̄p̄l̄p̄q̄-*

ν̄n̄s p̄p̄ad̄s̄t̄m̄s̄ m̄j̄s̄ c̄n̄ t̄p̄l̄  
n̄w̄ī s̄t̄ḡs̄ āt̄, c̄n̄ p̄t̄k̄ōs̄ t̄w̄  
p̄t̄īn̄ān̄, t̄p̄l̄p̄t̄p̄t̄n̄, c̄n̄  
t̄s̄ t̄ēl̄b̄ḡs̄.

**X** Cu Phocioni Atheniensi  
poculum cicuta temperatū  
porrigeretur, percontatus  
est quispiā, si quid filio vellet  
dicere, nam is aderat. Ego,  
inquit, tibi, mi fili, præcipio,  
atq; etiam obsecro, ne quid  
ob huius rei memoriam A-  
theniensibus male velis. Tā  
insignis patientiæ exemplū  
vix hodie reperias inter  
multos Christianos, non n.  
libet dicere inter theologos.

*S̄w̄x̄ḡd̄m̄s̄ t̄c̄s̄ Ēās̄t̄p̄n̄  
t̄p̄l̄t̄p̄ḡn̄ p̄l̄p̄l̄t̄p̄s̄t̄n̄, ēt̄p̄l̄  
t̄ iñ t̄s̄t̄p̄l̄s̄t̄n̄ aūt̄, c̄n̄ t̄l̄e-  
z̄r̄, t̄p̄l̄, t̄l̄t̄, Ēās̄t̄p̄n̄ Ēḡz̄-  
t̄p̄l̄n̄, t̄ iñ d̄p̄l̄t̄p̄n̄;*

**X** Socrates, cum Xanthippē  
diu rixantem tulisset in æ-  
dibus, ac tandem fessus con-  
fessisset ante fores, illa magis  
irritata patientia viri, de fe-  
nestrā perfudit illum lotio:  
Ridentibus qui præteribāt,  
& ipse Socrates arridebat,  
dicens: Facile diuinabam,  
post tantum tonitru secu-  
turam pluuiam.

*O aūt̄s̄ l̄āk̄h̄d̄ēs̄ ēt̄p̄l̄  
iñ v̄ēḡs̄, t̄k̄s̄ t̄p̄l̄m̄īl̄n̄s̄, t̄p̄l̄,  
t̄ d̄ p̄l̄s̄ t̄s̄t̄p̄t̄s̄, d̄īx̄n̄ aūt̄  
aūt̄l̄ ēl̄āz̄z̄n̄;*

**X** Idem cum in via quidam  
illi

illi per lasciviam calcem  
impiegisset, admirante quo-  
dam, quod id pateretur:  
**Quid**, inquit, si quis asinus  
me calce impetuisset, an  
vocarem illum in ius?

**P**ρέστος Αλκιβιάδην εἰπόντες, ἐκ  
αὐτοῦ τῆς Σαυδίων λοιδορώσαι,  
αὐτὸν ἔχω, ἐφ Σωκράτης συνει-  
δούσι μου, καὶ διπερεῖ. Εἰ τροχολίας  
ἀκάνθων συνεχές.

**A**lcibiadi demiranti quod  
Xanthippen supra modum  
rixosam domi pateretur, E-  
go inquit, iam pridem his  
assueui, ut non magis offen-  
dar, quam si rotæ, quæ aquā  
e puto educit, stridorem  
quotidie audiam.

**T**ῶν αὐτῶν ομοιόν τι λέγοντες, Ε-  
σὺ μὴ εἶπει χριστονούσιν αὐτούς.  
Ἐγὼ εἰπόντος, ἀλλά μοι ὡς τὸ  
οὐτούς τούτους. Καρδιή, φησι,  
Σαυδίων παύδα θύμον.

Eidem simile quid dicēti,  
Attū, inquit Socrates, non-  
ne domi tuæ toleras anserū  
strepitum? Tolero, inquit  
Alcibiades, sed anseres mihi  
pariunt oua & pullos. Et  
mihi ait Socrates, mea Xan-  
thippe parit liberos.

**Π**οτὲ Σαυδίων τὸν αἴσθορός  
εἰσιμερόντος πειλορύψις συνε-  
βέλοντο οἱ γνάθεματοι λερούς α-  
μύνασθε. Νῦ Δι' εἰπειν, εναὶ ήμεῖν  
πυκνόντων ἐκφοτος ὑμῶν λέπη,  
Εὖ Σωκράτες, εῦ Σαυδίων. εἴθε  
λέπη τῷ μακάρῳ αὐτῷ οἱ φρόνιμοι

τὸν αὐχεῖν τὸν παρεῖλαν πα-  
ρίζειν, οὐ κατεβέλασον ποιῆσαι θέ-  
αμψι, αὐθόρος διαμηχίη μεχερύς.

**X**Cū aliquando Xanthippe  
in publico pallium marito  
detraxisset, ac familiares cū  
admonerent, ut tantam in-  
juriam manu vlcisceretur,  
Pulcre, inquit, nimirum, ut  
nobis colluctantibus accla-  
metis, Εἰα Socrates, Εἰα Xan-  
thippe. Maluit autem vir sa-  
piens, toleratiæ exemplum  
de se præbere, quam ridicu-  
lum exhibere spectaculum  
viri cum vxore concertatîs.

Φιλόσοφος οὐ μεχθεὶς ἔχων  
σωματικόν, οὐ φλύαργυν, οὐ περι-  
νον, αὐτοῦ οὐδὲ ερωτικός, οὐ νος εὐε-  
χει τοιαῦτην ἔχων αὐτόχει, εἴπειν.  
Αὐτοῦ διμερόστον οὐ πατέρων ἔχειν  
φιλοσοφίας εἰπεῖ τοιούτης. Εστοματ  
γδε τοῖς λοιποῖς πειλοτεροῖς, φη-  
σιν, οὐ τοιαῦτη καθ' ἐκάστην παρδει-  
όρδρος τὴν ημέραν. Ινές δὲ τοῦ δια  
τοῦ αἰσθέας αὐτὸν αὐτὸν λέγεσιν.

**X**Philosophus quidam cū  
vxorem haberet improbā,  
& garrulā, & ebriosam, per-  
contantib. cur talem ferret?  
ut domi, inquit, habeā Phi-  
losophiæ gymnasium & pa-  
lestram. Ero enim erga cæ-  
teros lenitor, hac quotidie  
institutus. Sunt etiam qui  
ipsum ob hanc ipsam causam  
illam duxisse dicant.

"Ἄγιος τελεσταῖος τῷ Λακε-  
δαιμονιῶν Βασιλέων, εἰς σύνεδρος

συλληφθεῖς, ποὺ καταδικασθεῖς  
ιππὸς τῶν ἐφόρων χρεῖς δίκης,  
ἀπογέμιθρος ἐπὶ τὸν Σερένον,  
ἰδίᾳ δικαϊῶν ταντὸν ταντὸν κλεψ-  
ούσα. Παῦσον, ἔπει, ὁ αὐτρωτός  
ἐπ' ἑραι τούτους.

**X** Achis Laconicorum regū  
vltimus, per insidias captus,  
ac pr̄ter meritum ab Epho-  
ris damnatus, cum ad la-  
queum duceretur, conspice-  
retque quendam e lictorib.  
flentem, Desine, inquit, o  
homo, meām vicem stete.  
Nam sic moriens pr̄ter ius  
& æquum, melior feliciorq;  
sum his qui me occidunt.  
Hæc locutus, vltro collum  
laqueo tradidit.

Οὐδέν, ὡς εἶπε Χρυσόστομος,  
οὐτας αὐδεῖμον ποιεῖ, ὡς οὐ-  
βελοφόρους φέρειν.

**X** Nulla res (vt Chrysostomus dixit) æque facit vene-  
rabiles, atque iniuriam pa-  
tienter ferre.

Σωκράτης λακτίους αὐτὸ-  
νταντούς θρασέων μείλα καὶ  
εδελυργεῖταις ἀμφ' αὐτὸν ὅρῶν  
ἀγανακτήσας καὶ σφαδίζον-  
ταις, ὡς καὶ θείακεν αὐτὸν ἐξέδυ,  
ἀρσε, ἐφοτε, καὶ εἴ με δύος ἐλάσκη-

σεν αὐτολακῆσαι τοῦτον ἦξει-  
σπειτεῖ;

**X** Socrates ab adolescente  
admodū feroce & impuro  
calēe impetus, cum suos  
videret id indigne ferre ac  
fremere, adeo ut illum in  
ius trahere vellent, Quid  
ergo, inquit? Si quis asinus  
me calce percussisset, velle-  
tis ut vicissim ei calcem im-  
pingerem?

Αειτοφαίρετος οὐτε ζεις νεφέλας  
ἢ ξέφιρε, παντίσιας πάσου μέλανος  
αὐτοῦ Κυπενεδαννύνθεις, ποὺ ίπος  
τὸν παρεγνώνταν τὰ τοιαῦτα ἀνα-  
καμαδοῦνθεις σὺν ἀγανακτεῖς  
εἰπόντες ὡς Σάκρεις, μηδὲ δὲ σὺν  
ἔχωμε, Φίστεν, οἷς γένει συμπο-  
σία μεγάλῃ τῷ Ιεάτρῳ σκά-  
πτερομ.

Cum in Aristophanis  
Comœdia, cui titulus Ne-  
bulæ, multis & acerbis con-  
uitiis proscinderetur, &  
astantium quidam diceret:  
Non hæc iniquo animo fers  
Socrates? Non per louem,  
inquit, ægre fero, si in thea-  
tro, perinde vt in magno  
conuiuio, salibus mordeor.

Ο αὐτὸς αὐδίκως καταδικα-  
θεῖς, ἀφόβεις εἶπεν, οἱ κατίσσορί<sup>οι</sup>  
μου διπολεῖναι με διώντει,  
εδάκημα δ' οὐ διώντει.

**X** Idem iniuste morte da-  
mnatus, intrepide dixit :  
Accusa-

Accusatores mei occidere  
me possunt, nocere autem  
mihi non possunt.

Διονυσίου ἀρεστίουντος τῷ  
Αρείποτῳ, πάντες μεμύθα-  
μένοις δὲ θνητοῖς, Εἰταροὶ μὲν αὐλίες,  
εἶτα, ταῦτα φόνοις ράνινθας τῇ  
ταλάτῃ, οὐακαβίδιον θρέφονται·  
ἐγὼ μὴ εὐάχαρον κράμαρποτ  
ρωμήνας, οὐα βλέπον λάθος; Τῇ  
Σεβίλεον λέξει τὸν Σαστλέα,  
αγνιτόρδον, ὃν τῇ Εαυθίδιον  
ἐπέδρατο ἐπὶ τὴν Φιλοθοφίαν  
παραγελλεῖν. Ηγέθ τῶν δέρζυντων  
Φρεγνοῖς πολλὴν ὄντοι τῷ τῶν  
εἰδρώπων Σίφης φέρει.

Aristippus consputus a  
Dionysio tyranno, aequo  
animo eam iniuriam tulit:  
cum autem quidam id egre-  
ferrent, Piscatores, inquit,  
ut gobionem capiant, aqua  
marina se patiuntur asper-  
gi: ego vt balenam capiam,  
non patiar me aspergi saliu-  
ta? Balenæ vocabulo regem  
designans, quem sua pati-  
entia conabatur ad philo-  
sophiæ studium allicere.  
Principum enim sapientia  
vitæ humanæ plurimum  
vtilitatis adfert.

Αργυρίων Σεβίλεος Φί-  
λιππον τὸν Σαστλέα αἱρεῖσκος  
λέγεται, καὶ φύσην παραγέν-  
θει, εἴτε πας σὺ Μακεδονία  
φανίεται, φοντο δὲν οἱ φίλοι

ηγλάσου, καὶ μὴ τελείδειν. ὁ δὲ  
Φίλιππος εὐτυχῶν αὐτῷ φίλ-  
αρθρόποτος ἐξεινα καὶ δῆμος  
πειψας, σκέλουσεν ὑπεργο-  
πανθάνεσθαι, πίνας λέγεται  
πατέρειος τοῖς Βασιλεασταῖς.  
οἰς δὲ πάντες ἐμερτώραντεπει  
νέτην αὐθίδιον τὸν αὐδρα-  
τηριούσιον, Εγω Κίνησα, ἔφη, βελ-  
τανον ιατρὸς οὐ μά.

Arcadio Achius semper  
maledicta coniiciebat in re-  
gem Philippum, cumque ut  
fuga sibi consuleret, per  
contemptū horribatur. Hūc  
aliquanto post in Macedo-  
nia deprehēsum cum amici  
non dimittendum, sed sup-  
plicio afficiendum esse di-  
cerent, Philippus eum hu-  
maniter compellat, & donis  
hospitalibus eum ornat.  
Deinde inquirere iubet,  
quos de se ille apud Græcos  
sermones spargat: Cum au-  
tem omnes teitaretur, eum  
mirabilem Philippi lauda-  
torem factum esse. Ego ita-  
que, inquit, melior, quam  
vos medicus sum.

Λέγεται καὶ σκεῖρος ταῦτα  
φίλων παρεξιωόρδον, ἐπὶ θεᾶς  
Ἐπιθνας οἰς εὖ πάροντες, καὶ  
ηγκάσις αὐτὸν λέγεται, εἶτα,  
καὶ οὐδὲ, αὐτὴν ηγκάσις ποιῶμεν  
αἰτεῖσθαι;

X Dicitur etiam ab amicis  
suis in Græcos concitatus

esse, vt qui beneficiis ab ipso affecti ei maledicerent, respondisse autem ipsum, Quid ergo agent, si male ipsi faceremus?

**A**ηριθέντος λοιδορεύμάνος θυ-  
νός αὐτῷ, οὐ συκαπεσσόνω,  
εἶπεν, εἰς ἀγῶνα, τοῦ ὅρθού  
νος δὲ νικῶντος εἰσικρείπων.

**X**Demosthenes a quodam  
conuictio lacesitus: Nolim  
tecum in hoc genus certa-  
minis descendere, dixit, in  
quo qui vincitur, ipso victo-  
re est melior.

**P**λάτων λοιδορεύμανος θυ-  
νός, λέγε, ἔφη, κακῶς, ἐπεὶ  
λέγων καλῶς & μεμφῆκας.

**X**Plato quodam ei maledicente, Perge, inquit, male-  
dicere, vt qui nunquam be-  
ne loqui didicisti.

**A**εσίππων λοιδορεύντος  
αὐτὸν πυρός, ἔφη τοῦ μὴ λέ-  
γεν κακῶς σὺ κυρεῖσθαι εἰ, τοῦ δὲ  
δικείως ἀκέειν εἴω.

**X**Aristippus contumelias  
a quodam petitus, dixit:  
Penes te est maledicere:  
penes me autem bene audi-  
dere.

Locus V.  
**D E C O N I N E N-**  
**T I A.**

**A**λκιμένης οἱ Λάκων, λέ-  
μψος δῆμος, ισχενή γείσαν κακτη-  
μψος. Καλὸν γένεσθαι, πολλὰ  
κακτημψίον δῆμον κατέλογομέν,  
καὶ τὸν ἐπιτημψαν.

**X**Alcamenes Lacon, ex-  
probrati cuidam quod fru-  
galiter viueret, cum amplas  
facultates possideret, re-  
spondit: Decet eum qui  
multa possidet, pro ratione,  
& non pro libidine viuere.

**A**λέξανδρος παρεπομψά,  
ηνῶν αὐτὸν ίδειν τοὺς Δαρείου  
θυγατέρας, καὶ τὰς γυναικας  
Διοφέρουσαν κατέλειπεν,  
ἔφη, τας αὐδρας νικηντούσας τοῦ  
γυναικῶν πήνατο.

**X**Alexander, cum quidam  
eum hortarentur, ut Darii  
filias & vxorem forma præ-  
stantem spectaret: Turpe  
futurum dixit, eos qui vi-  
cissent viros, a mulieribus  
vinci.

**P**ερικλῆς, Σοφοκλέους δέ-  
πειπόντος παῦδος δεικνυτος αὐτῷ  
ὁ Σοφόκλεις, εἶπε, τὸν οὐ φρεγανός  
στρατηγὸν οὐ μόνον τοὺς χειρός,  
ἀλλα καὶ τὴν ὄψιν ἔχει περ' ε-  
αυτῷ σέει.

**X**Pericles Sophocles formo-  
sum puerum sibi ostendente: O Sophocles, dixit,  
decet frugi imperatorem  
non solum manus, sed et-  
iam

iam oculos continentibus habere.

Επεὶ Σκιπίων ὁ πτεροῦτερος Καρχηδόνακας κράτος εἶλε, τῶν στρατιῶν πυρὸς αἰχμέων λατού λαβόντες δύσπεπτη πρέσθεν, ἥπερ κομίζουτες αὐτῷ πεδίδομον, νίδεντος αὐτῷ, ἐλασσον, ἔπειτα διδάσκοντες, ηγετοῦ ἀρχεῖον.

Posteaquam Scipio maior Carthaginem (nouam) armis ceperat, milites quidam virginem elegantiforma captam adduxerunt, eique tradiderunt. Hic ille, libenter, inquit, aciperem, si priuatus, & non imperator esset.

Αρίστιππος τοῦ Δερέποντος Κασσίδου τοῦ ἐδῶ δέρψους καὶ Βαριανοῦριου, Απόχειρ, ἐφη, τὰ πλέον, καὶ διονομούσια, οὐκ τῶν ἀγράριων πεπλῶν πεισθεῖσιντος.

Aristippus, cum famulus in itinere pecuniam gestans onere premeretur, Abiice, inquit, quod nimium est, & fer quod potes.

### Locus VI.

#### DE ADVLTE- RIO.

Τοσούτη ρῆμα ἡν πότε σω-  
Φροσύνη τῶν γυναικῶν τοῦ  
τῆς Σπάρτης, οἷς ἀπίστος εἴναι

τὸ τὸ μοιχείας παρ' αὐτοῖς. Βι-  
γαρᾶς Γερεδίλεως Σπαρτά-  
της ἐρωτήσεις ταῦτα ζένει. Οὐ πά-  
χουσιν οἱ μοιχοὶ παρ' αὐτοῖς  
[εἰδὲν γὰρ ὅραν τοὺς τέττας νενο-  
μέστημένον ταῦτα Λυκούρεων]  
εἴπεν. Οὐδέτις, οὐ ζένει, μεταν  
μοιχὸς παρ' οὐρανοῖς. Εἰπεντοῦτον  
λαβόντος, "Αν τὸν φύλακας πῶς  
αὐτὸς μοιχὸς ἐν Σπάρ-  
τη γένοιτο, οὐ οὐδέτος οὐδὲ, οὐ  
τενθὲ, Εἰ καταπορεύεται μόρ-  
θονται, αἰδὼς ἐγένετο δινομοία,  
καὶ τῶν ἀγράριων πεπλῶν πεισ-  
θεῖσιντος;

X Tanta erat quandā Spartanarum mulierum pudicitia, ut esset incredibile adulterii crīmē apud Spartanos inueniri: ideo quidam Gerasas Spartanus interrogatus, quid pēnārū darent apud Spartanos adulteri, neq; enim videre se quicquā sanctum de hac re a Lycurgo: Nullus, inquit, apud nos adulter est. Cum ille respondisset, Quid igitur si existat? Quo pacto, inquit Geradas, Sparta existat adulteri, in qua diuitiae, deliciæ, & corporis adscritius cultus probro habentur: contra verecundia, modestia, ac obedientię magistratibus debita obseruatio, decori laudique dantur?

Ἄχθειος παύδιοντος οὐδὲς Α-  
λιξανδρος τὸ μέγαν, οἷς οὐναρα.

Ecclēsia  
stra a ill.

πανσαρδίνιος τεῖσὶ ἐπέρεψε βα-  
ζεῖαν, πρώτην ὅπι πυκάνην·  
τῆς δὲ εἰπούσης, Περιέμφων γὰρ  
τὸν αὐθρανθελίνα, πικρῶς  
ἐπίλιμπον τοῖς πατέροις, ὡς μικρὸς  
δὲ αὐτὸς μοιχὸς γένοιμος. κα-  
λὸν τὸ ἄγνειας παραδειγμα τὸν  
τῷ νεανισκῷ ἀμφοτέλειαν βασιλεῖ.

Cum puella quædā multa  
nocte ad Alexandrum Ma-  
gnum esset deducta, cum eo  
dormitura, rogauit Rex, ubi  
fuisset tām diu illa respon-  
dente, se exspectasse donec  
maritus iuisset cubitum,  
ministros accitos acriter ob-  
iurgabat: Reducite hanc, in-  
quit, parū enim absuit, quin  
vestra culpa factus fuerim  
adulter. Preclarum castitatis  
exemplum tum in iuuene-  
tum in rege.

Διονύσιος ὁ Σαστιλεὺς, τὸν  
αὐθόρμορφος, φέταν δέχειν διστολή-  
πειν ἔμεστεν, αὐθρὸς ἐλαύθερον  
Ἀλφρέδει συνταγμένον, πρώτης  
μετ' ὄργης, περιστονέειν τοῦ τοῦ  
σωματεῖν; εἰπόντες δὲ νεανισκούν,  
Σὺ γὰρ σοὶ εἶχες πατέρα τύχον-  
νον, Οὐδὲ σύ, εἶπεν, γὰρ ἔξει,  
εἴπει παντοῦ τοῦ τοῦ ποιῶν.

Dionysius rex, cum intel-  
lexisset filium, cui principa-  
tum relikturus erat, ingenui  
viri coniugem adulterasse,  
iratus interrogauit, An un-  
quam tale quicquam in pa-  
tre compierit? Hic adole-

scens, Tu, inquit, non habe-  
bas patrem regem. Nec tu,  
inquit, Dionylius, filium re-  
gem habiturus es, nisi talia  
perpetrare desinas.

Διογένης ἀκούσας ποτὲ ὅπι  
Διδύμων ὁ μοιχὸς σωτειλήθη,  
Ἄξιος, ἐφη, ἐπι τοῦ ἐνόματος  
κρεμασθῆναι. δίδομεν γὰρ τοῖς  
ἔληστοις διάλεγονται.

Cum quidam Diogeni  
referrēt, Didymonem mo-  
chum comprehensum, Di-  
gnus est, inquit, qui ex ipso  
nomine suspendatur. Di-  
dymi enim Græcis testiculi  
dicuntur.

Ο Σόλων ὁ τὸν νομοθετῶν συ-  
δεξόπατος, τὴν γυναικά, ἐφ' ἣ  
αὐτὸν μοιχὸς, σὸν εἴσος κρε-  
μεῖθαι, εἰδούσης τοῦ τοῦ πατέρα  
ιεράτεστένα, ἵνα μὴ τοῖς αἰνα-  
μεριτταῖς τῶν γυναικῶν ανα-  
μηνυμένην Διδύμην.

Solon legumlatorum ce-  
leberrimus, mulierem, apud  
quam erat adulter depre-  
hensus, ornari non sinebat,  
nec in fana publica ingredi,  
ne suo interuentu integras  
matronas corrumperet.

### Locus VII.

#### DE AVARI- TIA.

Διογένης ἀργίειτε φιλαρ-  
γέγεις τοῖς οὐρωπικοῖς.  
οὐεῖτε

καίνεταις μὴ γράποντες οὐδὲ  
δέχεταις, εἰδούσειν τούτους οὐδὲ  
τετεῖς οὐδὲ θέλεταις; αὐτὸς δὲ ποτέ  
δὲ ποτές καὶ οὐδὲ οὐτινεῖταις;  
μάθων τὰ πάντα οὐδὲ επιγνοντος  
μάρτυρες ποτέ ζητεῖται.

X Diogenes avaros hydro-  
picis cōpāiabat. Illos enim  
argento plenos, hos autem  
refertos aqua, amplius de-  
siderare: idque utrosque in  
sui perniciem. Affectiones  
enim ipsis eo magis inten-  
duntur, quo largius deside-  
rata consequuntur.

Αφειστέλλεις φίστιν, ὅποι τό<sup>τι</sup>  
λινεις καὶ γῆρας ληστεύοντες. Αἱ μίδια  
οντων τεσσάρες αὐτῶν κατε-  
λείφθησαν. παύλοις οὖταις:  
αὐτὸς αὐτὸλλας διπλεύσας, καὶ δύο  
κατελειφθησαν, εἴτε οὐ. Εκ τέ-  
των μὴν καταμαρτεῖν έσιν, ὅπ-  
τη τοῦ πλούτου τετελείσθαι  
ξώσται, οὐδὲν εἴτε βέβαιον, εἴτε  
οὐτούς έσι.

Tradit Aristoteles octo  
latrones socios de spoliis in-  
ter se certasse, & quatuor  
eorum interfectos esse. De-  
inde cæteri quatuor rursum  
inter se contenderunt, & re-  
liqui facti sunt duo, tandem  
vnum solum superstes man-  
sisti. Hinc videre licet, non  
esse apud istos homines,  
quorum studia ad avaritiā

referuntur, quicquam vel  
firni vel sancti.

Σεμίραμις ή τὰς Καραΐν Σαρ-  
τίλιοσσα εαυτῇ προταποδίσασσα  
ταφόν, εἰποεῖσθαι οστισσαὶ χει-  
μάκτιν διηγήθεισανταί.

τοῦ τὸ μητρεῖον, οὐτα διελεῖται  
λαζεῖν. Διαβεβηθεῖσα διελ οὐ,  
χειμάκτιν μὴ οὐχ ενεσσε, γειμά-  
μασι δὲ επέρεις εἰτοῦχε τοι δε  
φρειμάζονται. Εἰ μὴ κανός ηθος  
αὐτῷ εἰ χειμάκτιν ἀπληγέσσε, οὐκ  
αὐτῷ τερπαῖς θύκας εἰτείσεισθαι.

X Semiramis Carum regi-  
na, monumento, quod sibi  
parati curauerat, inscripsit,  
Quisquis rex pecuniis egu-  
erit, aperto monumento  
quantum voluerit capiat,  
Darius id aperiēs, nihil qui-  
dem inuenit pecuniarum,  
sed ex altero saxi latere hoc  
inscriptum reperit: Nisi  
malus vir essem, & immodi-  
ce auatus pecuniaque inex-  
plebilis, haudquāqā mor-  
tuorum loculos moueres.

Περιαράδρος εἶπε, Φειδίαρδον,  
κρεπτὸν διπλαύσαν, ή ξανθαὶ εὐ-  
διεδωγα.

Periander dixit, Melius  
esse hominem parcum mori-  
ri, quam viuum indigere.

Πλάτωνος ἔλεσσι, Οὐτε παρὰ  
τεκρῷ εριλίαν, εἴτε παρὰ φύ-  
λαργύρες καλεῖν δεῖ εἰπεῖν.

**X** Plutarchus dicebat, Neq; a mortuo colloquium; neq; ab homine auaro beneficiū exspectandum esse.

*O αὐτὸς εἶπε, Τὸν δὲ τὸν φιλαργόσαν τερπεῖς δέποτε ὄφεις οὐ εἴπει, πάντα γὰρ ἔχει τὸν δέφρειον ποιητὴν τὸν ἑχθόνιον.*

Idem dicebat, Vitam hominis auari funebri conuiuio similem esse: Nam cum nihil non habeat, qui illis oblectetur & fruatur, non habere.

*Ο αὐτὸς Εἰπεῖν εἴλετε. Πότερον εἰσελεύειν τὸν ποτεῖον, ή τροφὴν τὸν τερψῆς ἐπιδυμίαν ἡκέστερη φιλαργύριαν δὲ καὶ σέβεννυσιν δέργουλον ή ζευσίον.*

**X** Idem etiā dicere solebat: Potu restinguitur appetitus bibendi, & cibus desiderio cibi medetur: auaritiae vero non aurum nec argentum extinguit.

*Σωκράτης ένις μάρτιον εἰπεῖν εἴκοσι ταῦς ὅρηστος, οὐδὲ μὴ κακαπίνειν, ή εἴς τοσούχη, καὶ ένι οὐτε πιάσαι εἴ τοι ἀλλα ταῦς πειναγδοντοσιν ἀφίλετην αὐτὸν αποδούσιν, οὐα πιεῖν μέρος οὐ πιγήσιν.*

**X** Socrates homines auaros auiibus comparabat, quarum alia deglutiit quicquid inuenerit, & quandoque

suffocatur: aliae vero sequuntur, ut quod habet, ei extorquent, & ipse quoque aliae post alias suffocantur.

*Τιμων σούκεια τῷ τε πολεμῶν εἰς αἱ αὐτοκίους Εφιλοδέσιαν· οἵ τοι τούτων πάντα τὰ λειπάντα μάρτινοτα.*

Timon clementa malorum vocabat auaritiam & ambitionem: eo quod ex his cetera vitia omnia prouenire viderentur.

*Πλάτων ταῦς τὸν δεῖ ξενιώπι της πατρίδος αὐτοῦ ὁ πονηρὸς, εἶπε, μὴ πένθει τῶν κῆπον αὐξεῖν, οὐδὲ τὸν ἐπιδυμίαν μειῶσαι.*

**X** Plato ad quempiam accumulandæ pecunias semper incumbentem: O improbe, dixit, ne possessioni argendas studeas, sed minuendæ cupiditati.

*Δημόφρειτος ἐλεγεν· οὐτοῦ εἴσαι τὸν ἐπὶ μετεύοισι της ιματίου τοῦ διογυριοφρον· μυστικὴ δὲ τὸν ἐπὶ ποιδοῖσι μυθυμιόφρον.*

Demetrius dicebat, Fortunatum esse illum, qui cum exiguis pecuniis hilarius est: infortunatum autem, qui inter magnas opes tristatur.

Αριστοτέλης τῶν αὐτόπτων  
γέλεται, οὐδὲ μὴ οὕτω φείδεσθαι,  
οὐδὲ οἱ Κηφαράμφες, τὰς δὲ γάτους  
αὐλαῖσσειν, οὐδὲ αὐτίκα πεινη-  
κορύκες.

Aristoteles dicere solebat, quodam homines tam tenaces esse, quasi semper essent victuri: & alios esse, qui ita profunderent sua bona, ac si statim essent morituri.

Τὰ πονηρά κέρδη, τὰ μὴ ἡ-  
δονας ἔχα μικρές, τὰς δὲ λύπας  
μεγάρες, εφη Σωκράτης.

Mala lucra voluptates quidem breves, magnæ vero tristitia sequuntur: dixit Socrates.

Βίων τῷς τιλέσιον μικρ-  
λόγην, Οὐκέτος, ἐφη, τιλίου-  
σιας κικητηται, ἀλλ' η εὐσία,  
τοῦτον.

~~X~~ Bion in diuitem quendam sordidum sic locutus est. Hic facultates suas non possidet, sed ipsum possidet facultates.

Διογένης τὸν φιλαργυρίαν  
εἶπε μητρόπολιν ποίησαν τῶν  
κηρύκων.

~~X~~ Diogenes dicere solitus est, Pecuniae cupiditate esse arcem omnium malorum.

Ανάκτορος ὁ φιλόσοφος Φίλο-

θὼν τί Παρφες δακτύλιος εἶναι τὸ  
πάχθετος σεώς, τοτεύζεν, ἐφη,  
Ἐ τανάτογν τοξος, τολεοντος απέ-  
χεν ἐπισθόνταν τῇ τούτῳ εἰπόρων  
φιλαργυρίαν, τούτῳ κέρδης εἴναι  
κατατίθουσι τον.

Anacharsis Philosophus cum cognouisset spissitudinem tabularum nauticarum esse quatuor digitorum, Tantillum, inquit, absunt a morte qui nauigant. (Congruit cum hoc Apophthegmate vetus dictum: Tantum distat vita nauigantiū a morte, quantum nauis supra aquas eminet. Hæc vero distantia sæpe non superat spatium palmi minoris) Notauit negotiatorum avaritiam, qui lucri gratia scipios in manifesta pericula coniiciunt.

### Locus VIII.

DE EDVCATI-  
O-  
N E, I N S T I T U T I O-  
N E & Disciplina Pne-  
rorum.

**M**EΓΕΤΗ Αγιδεστήλαν  
μητρόπολιτος Αντιπο-  
τέρης πεντήκοντα πεντάετος, Επισκόπη  
εἶπε, πεντάετος μὴ καὶ δέσμην, οὐα μὴ  
επειδή σύγχρονος αρχηγός, τὸ πατέριο  
ἀγαγῆς ἀπάκτησεντος. [καὶ εἰ πο-  
λιτευτὸν αὐτοῖς οὐκέτε σύγχρονος δο-  
νεῖ συνεγένετο, εἰ διάλογος, διατασίας]

*τοις πατέρεσσιν αὐτὸν  
εἰ μη λαζεῖ, ἀπεκάλυψεν οὐ-  
τόν. Εἳδε γελώντες ταῦτα  
επειδὴς, οὐκιδίωτες δύνα-  
ται στρατιῶν εἰπεῖν αὐτοῖς  
σοφοὺς αὐτόρες, οὐ μικρὸν δια-  
φέρει τὸ γένος ή ὑπότιμος οὐδεὶς εἰ-  
νέων εἰδίσεις, ἀλλὰ παραπλανή-  
ντος ἐγένετο.*

**X** Cum post infelicem regis Agidis pugnam, Antipater a Lacedæmoniis quinquaginta pueros obsidum loco posceret, Etocles, qui tunc Ephorus erat, negavit se daturum, ne pueri malis moribus apud peregrinos imbuerentur, patria educatione priuati, sine qua ne ciues boni esse possent; se potius senes & mulieres duplo plures daturum esse dixit. Cum autem Antipater atrocia minaretur, si postulata non acciperet, populus vna voce respondit: Tu si acerbiora morte imperabis, facilius moriemur. Optime intellexerunt homines illi sapientes, non parui, sed magnopere, atque adeo ad summum referre, utrum sic an secus iam inde a puero assuecamus.

*Πᾶσι παρόθεσι Δακοὶ αμφί-  
βιοι ιστόντες τοὺς κολασθεῖς εἰ τῷ  
πατρὶ εἰξηγεῖσθεν. αὐχεὶς ἢν τῷ*

*πατρὶ μὴ αποστένεις ακου-  
ουλε πάλιν ἐπέρας.*

**X** Iuxta apud Lacedæmoniis castigatus, si querelam ad patrem detulisset, turpe erat patri, si hoc audito, non iterum in filium animaduertisset.

*Αυτῆς Θεοφόρητος 68  
λόρδου οὐ τὸ τελευταρχόντος  
διάτη τὸ πολέμος εἰς ταφερ-  
γεῖσαν εἰς τάξιν μετέγεντον καὶ  
καλοπεράσθιαν γένεται τοπάρχειδον  
[ἀνθεψίατον] ὅπου [οὐδὲ] οὐκί-  
ληντος αὐτοῦ φέρεται τοῦ πατέρος  
Ἐμποδεῖ φύσιον δέ, η τὸν εὖ  
εἴδιτον τοῦ λογού εἶται, οὐκοῦ εἴ-  
σαις τὸν δὲ ἐπαγγεῖλμα οὐκοῦν  
αὐτὸν κακωτότος: ίπτε τὸ αὐτοῦ  
εἰς τὴν ἐπιλογιαν ἔπειταν ἀγνί-  
γος η λιχνείας θνάτου, αἴφην δὲ  
η λαζαρίαν, ἐπειδὴ τὸ σωτῆρον δὲ οὐ-  
γένεται οὐτορχόντες, εἰ τῷ βίου  
άγων η παραπολὺν ἀδιάλιτων δι-  
άφορον αἰτεῖσθαι, Επιτηκο-  
τέρα τὸ φύσεως η οὐκοῦν αὐτὸς  
τὸ κολάτην γειτεῖ;*

**X** Lycurgus ille legislator, cum conaretur ciues suos a moribus præsentibus ad temperantiorēm viuendi rationem traducere (nam erant corrupti delitiis) duos educauit catulos eodem patre & eadem matre progenitos:

genitos: quorum alterum passus est domi lautioribus cibis vesci, alterum eductū ad venationem exercuit. Deinde cum ambos in forū, vbi turba conuocata erat, produxisset, spinis simul & escis quibusdam delicationib. illic positis, mox leporem emisit. Sed cum vterque raperetur ad assueta, & alter ad escas ferretur omni impetu, alter leporē inuaderet. An non videtis, inquit, ciues, duos catulos, cum ex eodem sint genere, tamen ob diuersam educationem admodū dissimiles inter se euasiſſe, plusque ad honestatem momenti habere exercitationem, quam naturam?

di è οὐνος ἀνατίνων αὐτόποιον τιμηδέξιον ε σιριζεσφερον ἵφαιν, ανανιψηρον καὶ μεγάλοντες καλὰ δι' ἑλου ταῦ βιον.

Sunt qui dicant ab illo productos catulos, non quidem ex iisdem parentibus natos, sed quorū alter esset ex ignobili canum genere, qui aluntur ad medium custodiā, alter ex his, qui aluntur ad venandum. Deinde illum qui erat ex ignobiliori canum genere, exercuit ad venatum, alterum qui erat ex præstantiore genere, tantum delitiis exercuit. Deinde cum vterq; ferretur ad ea, quibus affluuerat, atque hoc pacto palam omnibus fecisset Lycurgus, quātum institutio valeret, tum ad meliora, tum ad deteriora, dixit: Proinde ne vobis quidem, o ciues, nobilitas, quam miratur hominum vulgus, ductumq; ab Hercule genus profuerit, nisi ea gesserimus, per quæ ille mortalium omnium clarissimus ac generosissimus extitit, ac per omnem vitā quæ honesta sunt, & discamus & exerceamus.

Τινὲς δὲ φασιν, ὡς οὐ παρῆσσον λαγάνες, οἱ δὲ τῶν αὐτῶν γενέτοτες ἐπούχοντο, οἷς ὁ μὴ εἰδομένης επεργόν δὲ κακούργων κατέπτεντο. Οἱ μὲν δὲ τοιούτοις χειρούσιοις οὐδὲν πατέοντο, τὸν δὲ εἰπεῖν τοιούτοις ἀμείνονος καθεὶλιχνείας πάντοις πάσχοντο. Εἴδοντες δὲ τοιούτοις οὐδὲν ηὔχωντο, πατέοντες τοιούτοις κακούργων συλλαμβανόμενοι, εἶπεν Οὐρανοῦ καὶ Ιησοῦς, οὐ πολὺτελεῖ, οὐδὲν η παρατοῖς πολλοῖς ταύματορδίνων διδύμων, καὶ τὸ αὐτὸν Ηεραλίους εἶνας ὄντες, οὐ μη πεπτόμενοι

Αελιστέλεις ἔλεγε τον γενέτων ταῖς παγδοσιαῖς εὐπροτέρας εἶναι το μένον διδύμηδον τον.

τὸς ἡδὸς γόνος ζῆν, τὸς δὲ τὸ καθάριον παρεχόμενον.

**X** Aristoteles dicere solitus est, Parentes, qui recte liberos suos instituissent, multo honorabiliores esse iis, qui tantum genuissent, quod ab his contigisset viuere, ab illis autem bene viuere.

Πλάστων εἶπε, πῶς δέ πάνταν θηλεῖον εἴηναι σύστημα πατεροκατεστάτου.

Plato dixit, Puerum qualius esse bestia intractabiliorēm.

Αετοπόντιον οὐ κυρινεῖσθαι, δεσμέλον εἶπε λαμβάνειν πατεροκατεστάτον, οὐδὲ ίνα αὐτὸς ξεσώτης, ἀλλ' ίνα σπένδειν εἰς τις πατεροκατεστάτος δέμενος.

Aristippus ille Philosopher Cyrenaeus dicebat, se a notis familiaribusque pecuniam accipere, non quod illis vteretur, sed ut illi discerent, in quos vsus pecuniam conferre conueniat.

Ισοκρέτης ἐφείπει, οὐδὲν αὐτοὺς διδασκόλους ποιῶν μαθοῦντες λαμβάνειν παρὰ λάθαν μαθητῶν παρὰ μὴν τῶν οὐ φυλῶν, ὅπερ πολλὰ μανθανοῦσι, παρὰ δὲ τῶν οὐ φυλῶν, ὅπερ πολλὰς κόπους παρέχονται.

Isocrates dixit, Oportere

magistros multum mercedis accipere a discipulis: ab ingeniosis quidem, quia multum discunt: a rudibus vero, quia multum laboris exhibent.

Αντιθέντος τοῖς Ποντικοῖς μερικίνοις μέλλον φοιτᾶν αὐτοῖς, οὐδὲ παθόδημον πνῶν αὐτοῖς δέει, Φοῖσι, Βιβλιαρίσιον κατεῖσθαι, Εργαφέας κατεῖσθαι, οὐ πινακίδας κατεῖσθαι. παρεμφορίαν, μελίσσα πινακῶν τὸν τοῦ κατεῖσθαι εἰλιγέρον αναγνοῦν εἴηναι.

**X** Antisthenes Pontico euidam adolescenti, qui se in numerum discipulorum illius recipi cupiebat, interroganti, quibus rebus sibi opus esset, Libro, inquit, nuovo, stylo nouo, nouaque tabella. Significans omnium maxime animum a vitiis vacuuū necessarium esse. ¶ In verbis enim iocus est ex ambiguo, cum νοῦν sit tanquam νοῦν νοῦν. νοῦς enim, in genitivo νοῦς, mentem seu animum significat. Solent autem adolescentes voluptatibus ac delitiis occupatam mentem ad praeceptorē adferre, quæ res fere in causa est, ut minus proficient. At Philosophia totum animum sibi postulat. **ad Verbum**

Αετοπόντιον εἴλεγε, Καὶ φίλος σε φίλας

οὐφίας κανανήσιας πημάνισσόρ-  
ροπον εὐτε αὐτοῖς, αὐτοὺς  
ινγένον, ὥστε τὸς θεῶν, καὶ  
τῶν γενεῶν τὸ σύδεχόμενον.

Aristoteles dicere solitus  
est, praeceptoribus, qui verā  
sapientiā nobis impertunt,  
non posse parem honorem  
& par pedium a nobis re-  
ferri, sed fortassis, ut erga  
Deum & erga parentes, satis  
est referre gratiam, quātam  
quisque possit.

*Διογένης τῷ παιδείων φίλῳ πα-  
ῦδις ὀψοφαγέντες κριθαλον ἐδώ-  
κεν· ὅρθιος μὲν, ἡ δὲ μαντανόσει,  
αὐτὸς τοῦ μηδεδεξιοτοῦ ἀ-  
μφιτυμοῦ ποιήσας.*

X Diogenes paedagogo pue-  
ri obsoniis edendis dediti,  
pugnum incuslit: & quidē  
recte, non ei qui non didi-  
cisset, sed ei qui non docu-  
isset, culpam imputans.

*Λάκων ἵρων Τείς, Νη παρέχει  
παιδείων, τὰ κρέατα, ἔφη, τοῖς  
πυροῖς ἡδεῖ ποιῶν.*

Laco interrogatus qd vti-  
litas adferret pueris, quos  
instituebat, Facio, inquit,  
vt honesta eis siant suavia.

*Διογένης πυρθανομέρις ήνος,  
πῶς αὐτοὺς ιαυτοὺς διδέσκαλος  
μέντοι, εἰ ταῦτα τοῖς παικτικῶν  
ἀλλοῖς, ἔφη, Εἴκατον ἐπιπρώτη  
μοίλασσα.*

Diogenes sciscitante quo-  
dam, quo pacto quis sibi  
praeceptor esse queat, respon-  
dit: Si ea, ob quæ alios in-  
creper, etiam sibi ipsi potis-  
simum proponat.

*Πλάσταρχος εἶπε· πηγὴν κατε-  
βίζειν καλοκάγαδιας εἶναι, τὸ  
τομήμενον τοχεῖν παρθεῖας.*

X Plutarchus dixit, Fontem  
& radicē omnis honestatis  
esse, si quis in iuuentute re-  
ete instituatur.

*Παρέψει τῆς Λακεδαιμονίου  
ἡ πλευρὴ ὁ αὖ μὴ ταπειρηθεῖσι  
ἡ πεύδων ἀγωγὴν, καὶ μετέχει  
ἡ πόλεως δικαίων.*

X Apud Lacedemonios quis-  
quis ex ciuib. liberorum in-  
stitutionem negligeret, ci-  
uitatis iuriū expers erat.

*Αγησίλαος ἐπιτίθεντος ήνος,  
τίνα δεῖ μεριθαίνειν τὰς παιδεῖς;  
Ταῦτ' εἶπεν, οἷς καὶ αὐθεντίζο-  
μενοι γένονται.*

Agésilaus interrogante  
quodam, quānam potissi-  
mum pueris essent discēda?  
Ea, inquit, quib. natu gran-  
diores facti vti possint.

*Φίλιππος Φίλος Μακεδών Αλέ-  
ξανδρον τὸν γὸνεμέλεισιν Αρε-  
στοτέλες επεστέψατο, καὶ Φιλοσοφεῖν,  
Οπως, ἔφη, μὴ πελλέτω ποιῶν τα-  
πελέης, εἰφοίσι εἰχώ πεπιαγμένους  
μεταμέλαινον.*

**X** Philippus Macedo Alexandrum filium hortabatur, ut auscultaret Aristoteli, daretque operam Philosophiae. Ne, inquit, multa committas, quae me fecisse nunc pœnitent.

## Locus IX.

## DE BELLO.

**A**ρχίδαμος ὁ Αγωνιάδος  
σὺ τῷ Πελοποννεσικῷ  
πόλεμῳ τῶν συμμέχων ἐπίγνωσιν  
τούτουν ποσοῦ ξενίμαχον δύκεσθαι,  
Εὐξεῖνοι καὶ οὐσιοὶ Τάσσος Φίρετος  
αὐτοῖς, εἰπεν, ο πόλεμος οὐ  
τελευτήσεται.

Archidamus in bello Peloponnesiaco quaerentibus sociis, quantum pecunia satis esset, & postulantibus, ut tributorum certum modum præscriberet, Bellum, inquit, non alitur certa mensura, vel, Bellum demensio non pascitur.

Χαροκλας εἰσιθε λέγειν, ὅτι  
φοβερωπεργύν εἰσιν ἐλάφων σρα-  
τόπεδον, πρεναρόν λεόντος, ἢ  
λεόντων, ἐλαφών. γορειζων δὲν  
τὴν τοῦ πολέμου τύχην σὺ τῇ  
τοῦ σρατηγοῦ δρεπτῇ καὶ φερνόσ  
κεῖδαι.

**X** Chabrias dicere solebat, Formidabiliorēm esse cer- uorum exercitūm duce le- one, quam leonum, duce

ceruo. sentiens totam bellī fortunā pendere a virtute prudentiaque ducis.

Ἐπειφῶν φησί, τὴν εἰρήνην  
μέρα μαρτὸν εἶναι τοῖς αὐτόρω-  
ποις, πόλεμον μέραν ποιεῖν.

Xenophon inquit, Pacem  
maximum esse hominibus  
bonum, bellum maximum  
malum.

Φίλων ἐλεύθερον, Ειρήνην καὶ  
ἡ Φρόδρα επιζήμιον, λυστελε-  
σεργυν εἶναι πολέμον.

Philodicebat, Pacem, et-  
iam si ea multū incommodi  
habeat, tamen esse utilio-  
rem bello.

Ἐτ τὸ Φ Απίκειτον ἐλέφαντα  
ἀληγέσι καὶ σέξιον πυργόνον δένειν. Τοῖς  
μὲροῖς ἀρέσκει παντοῖς μεράσιοι  
ιππίκια ιππίκειται, τῷ δὲ ἀμυ-  
νορόφων οὐδαμός δένειν ιππίκιον  
γέρεσσιται.

Et illa Oratoris Attici  
vox vera & memoria digna:  
Incipienti (pugnam) ubiq;  
magnæ pœnæ statutæ sunt:  
Defendanti vero nulla pœ-  
na denuntiatur.

Ο παραγνωλούμενος τὸ  
τὸ πολέμα ηττάται, ποτὲ τὸ τοῦ  
ψαλμοῦ. Διασκόρπισον ἔθνη  
